

Confessiones Augustini

Magnus **es**, domine, et laudabilis valde:

magna virtus tua, et sapientiae tuae non **est** numerus.

et *laudare te* **vult** homo, aliqua portio creaturae tuae,

et homo *circumferens mortalitem suam*,

circumferens testimonium peccati sui

et testimonium, ^{quia} superbis resistis:

et tamen *laudare te* **vult** homo, aliqua portio creaturae tuae.

tu **excitas**, ^{ut} *laudare te* delectet,

^{quia} fecisti nos ad te

et inquietum **est** cor nostrum,

^{donec} requiescat in te.